



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

lesu Christi Annus. M.D.LVII. Sancti Patris Benedicti. M.LXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

Ann. Duac. & Annal. nostr. Benedict.

Hoc etiam anno, restituto iterum, Benedictinis Monachis celeberrimo illo Westmonasterienfi Angliæ Archisterio, per Mariam Reginam Catholicam, dum omnia in integrum restituenda viderentur, primus eidem Abbas, bonis universis applaudentibus designatur fortissimus ille Athleta, & Hæresum proritor Joannes Feckenamus, sexcentis triumphalibus fectis coronandus. De quo legendus, Sanderus, Reinerus &c.

Joan. Feckenamus sit Abb. Westmonasterij.

Porro in hoc ipso Angliæ Regno, respirare non nihil visi sunt Patres nostri Benedictini, in spem restituendorum Monasteriorum accensi, in extinguendam passim Hæresim, toto animo conversi, memorabili omnino fructu laborarunt, plurimisque à præcipitio revocarunt. Plausus ubique Catholicorum ingens, qui nostros tanquam probatissimos Christi Confessores, imo ex tot afflictionibus Martyres, gratulabundi jam palam foverunt summisq; honoribus dignissimos censuerunt, gaudio hoc minimè diu duraturo, cum longè acriora flagella Angliam deinceps remanerent. Ex diversis Angl. Script.

Nostrorum in Angliæ labores.

IESU CHRISTI ANNUS. M. D. LVII.
Sancti Patris Benedicti. M. LXXVII.

Hispanias admiratione implet, & celeberrimi nominis fama, Venerabilis Pater Cyprianus de la Huerga, Nucalensis, exactissimæ in Hispanijs Reformationis, Monasterij Asceta; cujus à primo in Religionem ingressu adeo sublime sese ingenium prodidit, ut admirationi non solum omnibus esset, sed nemo unquam dubitaret fore cum tempore rarissimum Ordinis universi ornamentum. Nec spe sua falsi sunt, cum statim summo ardore animi in studia incumberet, minimè tamen neglecta principalis officij sui ratione: erat quippe sollicitus in omnibus, inque omnibus mirè excelluit. Præsertim vero animum ad sacrorum voluminum lectionem, & intelligentiam appulit, non ignorans, cœlestes in illis thesauros latere, quodque labore opus erat, ut alijs tantæ opes paterent. Cœpit proin scripturam exponere, quoque longius progrediebatur, tanto majores sese the-

Mira ejusdem eruditio.

sauri offerebant. Summa cum diligentia Veteres & Sanctos evoluebat auctores librorum diversorum super Biblijs, & horum interpretes: quorum auxilio, & ingenij sui acrimoniam, multa arcana Mystera sacrarum literarum eruebat. Ut vero ejus eruditio omnibus constaret, & talento sibi concesso latius prodesset, missus ad Universitatem Complutensem fuit, ubi sacram Scripturam pluribus annis cum laude exposuit; tantam adeptus nominis famam, ut ab Universitate ipsa præter oblatam & concessam sacræ scripturæ Cathedram, publicus ejusdem Universitatis Antecessor designaretur. Certe omnium omnino existimatione & calculo, inter doctos doctissimus est habitus, in Veterum Patrum lectione versatissimus, in quæstionibus Scholasticis expertissimus; acutus Philosophus, Poeta felicissimus. Erat præterea præditus prudentia singulari, in consolando eos, qui molestia aliqua, aut conscientia stimulo agitati eum consulebant, unde multæ personæ graves & in publica dignitate constitutæ, ejus in rebus maximi momenti consilium & opinionem petebant: quoque majoris erant ponderis, tanto amplius elucebat ingenij ejus dexteritas, & eruditionis profunditas. Hinc in maxima apud omnes veneratione & æstimatione fuit, quod dicerent omnia Hispaniæ Regna tam doctum virum non habere, unde omnium cum applausu & communi nomenclatura HISPANIÆ PHœNIX est appellatus. Nomen sane rarum & gloriosum, tali præsertim sæculo, quo vix rudius fuisse credebatur, in Hispanijs tamen cultissimum; cum vel maxime viris doctissimis & Universitates frequentissimæ essent, & Monasteria ipsa, Seminaria profundissimæ eruditionis. Montalbo, Manrique, Henric &c.

Universitatis Antecessor.

Hispania Phœnix.

In Italia, quantis meritis omnium mereretur amorem summamque apud omnes æstimationem Venerabilis Antonius, cognomento Simonis, Monachus Montis Angelorum sacræ Congregationis nostræ Camaldulensis, facile ostendunt magni honores ad quos ipse minimè exarctos, ultro quæsitus, & invitatus Cœnobio extractus fuit, primum Minoritanus in Regno Neapolitano electus, mox Su-

Antonius Simonis Camaldul.

trij Episcopus designatus, demum Ne-
piensis Pontifex salutat, omni tam-
en ipse honore sublimior & nitidior
exsplenduit. *Augustinus Florent. &c.*

Joannes
Olivier Ab-
bas & Epi-
scopus.

Nec minore gloria effulsi hoc ip-
so anno, Joannes Olivarius noster [Oli-
vier] Ex Monacho Sancti Jovini apud
Pictones, Eleemosynarius S. Dionysij
in Francia, & pro vitæ meritis paulo
post Abbas Sueffionensis ac denique
Episcopus Andegavensis, vir literari-
ssimus & Poëtica imprimis præstans
facultate, editis non paucis ingenij mo-
nimenti immortalis. Fratrem habuit
Proto-Præsidentem Jacobum Olivarium,
Francisci Magni Franciæ Cancellarij
parentem. Composuit Joannes nos-
ter Epitaphium Ludovici XII. Gal-
liarum Regis apud Papirium Masso-
num. Lulit etiam carmine Heroico
Pandoram, quæ tandem edita Remis
est, nostro sæculo anno 1618. Extat
quoque ejus Ode ad Macrinum Salo-
monium.

Triflandus
de Bizet
Episc. Sau-
dunenſis.

Ex Monasterio sanctissimo Claræ-
Vallis sacre Reformationis Cisterci-
ensis extrahitur hoc anno ad Sancto-
nensis Episcopatus Cathedram, humi-
lis, dignissimus exaltatione Religio-
sus, Triflandus de Bizet, Præsul lau-
datissimus: qui & Ecclesiam & Ordi-
nem universum insigniter demereri
studuit; ita in omnibus se habens, ut
non minus exemplo, quam Verbo
prodesset. *Vid. Cl. Rob. &c. Arn. Duac.*

Arnoldus
de Venlo
Abbas.

Hoc ipso anno Arnoldus à Venlo
sanctorum virorum Joannis de Susa-
ro, Henrici de Peynes & Theodorici
Ruremundensis Cænobij Reformatis-
simi Abdinghofensis in Abbatiali ho-
nore dignissimus successor, *Omnium
Virtutum Exemplar*, in Catalogo ejus-
dem loci Præsulum appellatus, inſig-
ni demissionis studio, & ut vitæ reli-
quum soli Numini propriæque animi
saluti impenderet, ultro & sponte se
abdicit, totus deinceps, biennio quo
supervixit Divinis rebus absorptus, fer-
ventissimum omnino frigidissimo-
rum sæculi & Germaniæ Exemplar.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.LVIII.
Sancti Patris Benedicti. M.LXXVIII.

Anglia
præcipuis
vita.

Luctuosissimus Angliæ annus,
morte Mariæ Hispaniarum simul
& Britannicæ Regiæ, soluta vinculis
impia illa Jezabel, Elisabetha, quacum

velut soluto ex inferis Cerbero, infi-
nita Hæresum monstra emerere, quæ-
sit ad necem optimis quibusque, nul-
la non secta pellecta, & invitata, so-
la vera Religione Catholica pe-
niçus proscripita, & gravissimis le-
gibus prohibita, multis nihilominus è
Benedictino Ordine sese in omnia vi-
tæ pericula devoentibus, nec omni-
um quidem amissione Cænobiorum,
& propriæ sustentationis, quidquam
turbatis, sed alienæ non minus salutis,
quam suæ satagentibus, novitates &
absurditates tam diversorum dogma-
tum detestantibus, & refutantibus. *Vid.
Sanderus, Clem. Reinerus, Mayheu &c.*

Mirandum autem prorsus, quan-
ta, paulo ante mortem Mariæ Regi-
næ Catholicæ, ad conciliandos Eccle-
siæ Romanæ Hæreticorum animos,
ejusdemque gremio adducendos ege-
rit Joannes Feckenamus noster West-
monasteriensis Abbas dignissimus,
quantaque benevolentia, & charita-
tis Christianæ signa, juratissimis hosti-
bus suis exhibuerit. Ita Reinerus
quoque attestatur: *Cum valeret, inquit,
magna apud Reginam gratia, multis of-
ficijs pietatis & humanitatis conatus est de-
vincere tum alios Nobiles, tum Elisabe-
tham adhuc privatam; quorum officiorum
testes appellat Stapletonus Comites Leice-
stria, Warwici & Befordia, inter quos &
Reginam Mariam, sæpius mediator &
sequeſter fuerat. Guilielmum etiam Ce-
cium, qui potuerit attestari factum ope-
ra & intercessione Feckenami, quod Domi-
nus Joannes Checus Eques, & non igno-
bilis Protestantium sectator, vita fortunif-
que privatus non fuerit: quia aliquoties
coram ipsa Regina pro concione intercessis-
set, pro Elisabetha sorore Regiæ, unde ip-
sius Mariæ non mediocrem indignationem
incurrerit: idque ab eo factum fuit, & an-
tequam eadem Elisabetha in Custodiam
fuit conjecta, & postquam custodiæ man-
data fuisset. Cujus officij memor ipsa ante-
quam coronaretur, Feckenamo gratias e-
git, &c. Atque utinam, inquit Sta-
pletonus, post septem annos carceris, tan-
tum inveniat Feckenamus humanitatis &
favoris, quantum cum rebus secundis flo-
veret, ipse alijs exhibuerat. Vid. Apo-
stolat. Bened. Reineri.*

Joann. Feckenami
laudes &
p. conatus.

Optimè de
peſſimis
meretur.

In Hispanijs mirificè floret sacra
Ordinis nostri Reformatio Cisterci-
ensis, viris vitæ perfectione, & mira c-
rudi-

Cister-
cium no-
strorum
Reforma-
tio mira.